di domum dni . Ingredere ergo tu et lege
de uolumine in quo scripsisti ex ore meo uer
ba dni audiente populo in domo dni in die
ieiunii . Insuper et audiente populo et uni
uerso iuda qui ueniunt de ciuitatibus leges
eis si forte cadat oratio eorum in conspec
tu dni et reuertatur unusquisque a uia sua
pessima quoniam magnus furor et indignatio .
quam locutus est dns aduersum populum
hunc . Et fecit baruch filius neriae iuxta
omnia quae preceperat ei hieremias propheta .
Legens ex uolumine sermones dni in do
mo dni .

Factum est autem in anno quinto ioa xxxvi
chim filii iosiae regis iuda in mense
nono . predicauerunt ieiunium in conspec
tu dni omni populo in hierusalem . et uniuerse
multitudini quae confluxerat de ciuitatibus
iuda in hierusalem . Legitque baruch
ex uolumine sermones hieremiae in

rege omnes sermones . Misitque rex iudi
ut sumeret uolumen . Qui tollens
illud de gazophilacio elisame scribe
Legit audiente rege . et uniuersis prin
cipibus qui stabant circa regem . Rex
autem sedebat in domo hiemali in mense
nono . Et posita erat coram eo arula
plena prunis . Cumque legisset iudi
tres pagellas uel quattuor scidit
illud scalpello scribe et proiecit in igne
qui erat super arulam . donec consumare
tur omne uolumen igni qui erat in arula .
Et non timuerunt neque sciderunt
uestimenta sua rex et omnes serui eius
qui audierunt uniuersos sermones
istos . Verumtamen helnathan et da
laias et gamarias contradixerunt
regi ne conbureret librum . et non au
diuit eos . Et precepit rex hieremihel
filio ammelech . et saraiae filio esrihel .